

1522

Selected pages from Des. Erasmi Roterodami In  
Novum Testamentum ab eodem tertio recognitum,  
annotationes : item ab ipso recognitæ & auctario  
neutiq poenitendo locupletatae.

Desiderius Erasmus

Follow this and additional works at: <http://lux.lawrence.edu/selections>


© Copyright is owned by the author of this document.


---

**Recommended Citation**

Erasmus, Desiderius, "Selected pages from Des. Erasmi Roterodami In Novum Testamentum ab eodem tertio recognitum, annotationes : item ab ipso recognitæ & auctario neutiq poenitendo locupletatae." (1522). *Selections from Special Collections*. Book 8. <http://lux.lawrence.edu/selections/8>

This Book is brought to you for free and open access by the Seeley G. Mudd Library at Lux. It has been accepted for inclusion in Selections from Special Collections by an authorized administrator of Lux. For more information, please contact [colette.brautigam@lawrence.edu](mailto:colette.brautigam@lawrence.edu).






IN  
PRODA MI  
SOLATION


XXV  
XXVI

*vera natura bouis proui for me  
sibi comparauit*



DILECTO FILIO CRASMO  
Rotrod. Sacra Theologia Professori.  
Leo. pp. X.

Dilecte fili Salutem, & apostolicam benedi-  
ctionem. Nos delectatione & iucundatione tua in te  
stamentum nostrum, iam pridem edita non tam  
quia nostro nomini dicata fuerant, quam quod  
non vulgaris, sed noua & insignis quaedam  
circumstantia stabant, omniumque doctorum calculis  
plurimum laudabantur. Cuius rursus te recog-  
nitus, et plura additis annotationibus locupletatus  
illustratusque fuisse, certiores facti, non mediocriter  
gausi sumus, ex prima illa ratione, quod ob utilissima  
indecantate, quae tuam facientes, qualis hanc futura,  
quantum in boni, sacra Theologia studiosis, ac ortho-  
doxa fidei tuae sit allatura. Nam te ipse istis animi  
tui esto, ac omnia utilitatis tuas, obedi tam sancto  
ut in lucem exeat, sedulo in uigila, digna, quae merent  
laboris mercedem ab ipso Deo relaturus, a nobis  
uero meritam commendatione, & cunctis tuis  
fidelibus perpetuam laudem, quae scribitur. Datus  
Roma apud S. Petrum. Sub annulo apos-  
toris. Die x. Septembris. M. D. xviii.  
Pontificatus nostri Anno sexto. Euangelista



# IN ANNOTATIONES

NOVI TESTAMENTI  
PRAEFATIO.

DES. ERASMVVS ROTERODAMVS  
PIO LECTORI S. D.



Vanquàm id p nostra uirili, in ipso statim huius operis uestibulo fecimus, tamè haud abs re fuerit, denuo lectorem comonere paucis, & quid illum in hisce comentariolis oporteat expectare, & quid nobis uicissim ab ipso praestari conueniat. Primum annotationum culas scribimus, nò comentarios, & eas duntaxat, quae ad lectionis sinceritatè pertinent: ne quis ut improbus conuiuia pro merenda cenam efflagitet, & requirat à nobis, quod ab argumenti suscepti professione sit alienum. Hanc in praesentia fabulam agendam suscepimus. Proinde ut nobis argumento seruendum fuit, ita par est, ut candidus & comis lector ceu commodus spectator, faucat agentibus & praesenti scenae sese accommodet. Testamentum, quod uocant nouum omni qua licuit diligentia, quaeque deuit fide recognouimus, idè primùm ad Graecam ueritatem, ad quam ceu fontem si quid inciderit confugere, non solum illustrium Theologorum exempla suadent, uerum etià toties mouent Hieronymus & Augustinus, & ipsa Romanorùm Pontificum decreta iubent: Deinde ad uetustissimorum Latinae linguae codicum, quorùm diuos exhibuit eximius ille diuinæ Philosophiæ mystes Ioannes Coletus, Paulinae apud Londinum ecclesiae Decanus, adeo priscae literarum typis, ut mihi ab integro discenda lectio, & in noscendis elementis fuerit reperascendum. Tertium praeiuit illustrissima uirago Margareta Caroli Caesaris amita, cuius in hac editione tertia frequenter adduximus testimonium aurei Codicis titulo, quod totus & auro sit conuesti-

a tus



nymus. Nec aliter citat hunc locum Epist. ad Ephesos, capite quarto. Non animaduertit autem rationem futuri temporis, non esse in uoce uerbi, sed in re. Nam qui accepit clarigenda nondum clarigitus est, ut quæ concepit, nondum peperit. Similis error quendam impulit ut hoc loco mihi grauem moueret tragediam. Non grauabor autem & hoc indicare leæori pio, locum hunc in cōmentarijs Hieronymi, in omnibus quæ uiderim exemplaribus, haberi deprauatum, etiam in hac, quantum licuit elaboratissima aditione Basilienli. Lectio restituetur ad hunc modum. Sed propheta quia futura prædicit, significat quid futurum sit, & scribit accipiet. Euangelista quia non de futuro, sed de præterito narrat historiam, mutauit accipiet, & posuit habet. Qui enim habet, nequaquam accepturus est. Certe ex hac clausula: Qui enim habet, nequaquam acceptus est, palam est Hieronymum legisse habet, nõ habebit. Idem mendũ esse uidet in cōmentarijs quibus enarrat septimũ cap. Eliaze.

Emendatus in Hieronymo iocus.

Et uocabitur nomen eius. *καλεσθησεται*, id est, uocabunt, non uocabitur. Atque ita scriptũ comperitur in antiquissimis simul & emendatissimis Latinorum exemplaribus. Quin & Hieronymus cōmentariorum in Esaiam libro tertio, & illud adnotauit, euangelistã non nihil immutasse de uerbis huius prophetiæ: quippe qui pro *קָרָא*, quod Hebræis sonat & uocabis in masculino, siue uocabit in fœminino, ut referatur ad ipsam quæ peperit uirginẽ, uocabunt mutarit. Nam uocabunt legit & Origenes, testimonio hoc utens aduersus Cellsum. Et Chrysostomus clarissime testatur uocabunt esse legendum, homilia quinta. Sed uocabunt ponens multitudinis numero Mattheus respexit populi personã, cuius illa uox est, Nobiscũ deus, nimirum sibi gratulantis de tali partu. Qua de re non nihil etiã meminit Theophylactus Bulgariensis episcopus, Græcus interpret etiam si recentior, haud aspernandus tamen. Emanuel autem Hebræis sonat nobiscum deus. Nam *עִמָּנוּ* nobiscũ deus, *אֱלֹהֵינוּ* nobiscum deus. Caterum, quod est interpretatũ, quoniam inquisitor est sermo, nec amphibologia carens nos periphrasi maluimus reddere, Quod si quis interpretetur, sonat nobiscum deus. Apud Esaiam uaticinium illud, si quis forte requirat, in hũc modum legitur, *הָאֵלֹהִים הַלְבִּימוּ הַר הַיְיִוָּלָה בֵּן יוֹרָה בֶּן זְבַדְיָה שְׂמוֹ עִמָּנוּ אֵל*.

Vocabũt non uocabitur.

Theophylactus.

Exurgens autem Ioseph. *ἄνυσθεις*, id est, experrectus, siue expergefactus, aut exciatus. Quamquam huius uerbi usus ad tria solet accommodari, ad eum qui surgit, qui reuiuiscit, & qui expergitur.

Et accepit coniugem. Hoc est adiunxit sibi. Pugnat enim *ἡ ἀλαμβάτω* cũ eo quod est *ἀπολῶ*, id est, reſcere. Sic enim usus est & diuus Paulus scribens ad Rhomanos: *ὅτι ἡ ἰσθμὸς τῆς πίστεως, προσλαμβάνετε*, id est, Eum qui infirmus est fide, ne reſcite, sed admittite, & adiungite uobis.

Filium suum primogenitum) *ὁ πρωτότοκος*. Græcus articulus fauere uidetur Heluidianis, qui sic additur, quasi distinguat hunc filium à cæteris. Sed magis accipiendus interpretatiue, pro eo quod est, qui est primogenitus: ut intelligas eundem illum filium, de quo prius est locutus, & quem è spiritu dicit conceptum. Eadem de causa addit *ἑστῶς*, id est, suum. Alioqui quæ uulter parit alienum filium: ut interim sileam de mysterio, quod subisset. Ex his quoque uerbis Heluidiani uenantur erroris sui patrocinium, haud animaduertentes Hebræi sermonis proprietatem. Ad eundem modũ legis de coruo emisso Genesis cap. viij. qui egrediebatur, & non reuertebatur donec siccaretur aq̄e super terrã: cũ signifficet autem nunquam fuisse reuerſam. Quamquam hæc de re superius item nonnihil attigimus.

Donec quomodo accipiendum.

EX CAPITE SECVNDO.



Vm ergo natus esset. Græci codices, autem habent, non ergo. *το δὲ ἰησοῦς γεννῆθῆναι*, id est, Nato autem Iesu, atque ita legit Chrysoſtomus, quamquam refragantibus antiquis exemplaribus Latinis. Neque magis refert ad sententiam.

In Bethleem Iudæe) Iudææ legendum est, non Iudæ, suffragantibus uetustissimis exemplaribus nostris. Siquidẽ Iudæa hois nomẽ est, Iudæa regionis. uocabulo illustrauit. Est enim Bethleem oppidũ situm in tribu Iudæ, unde Iudæa dicta est, haud procul ab Hierosolymis. Solemus autem regionis nomẽ addere, etiã discernendũ



collega sit ethnico, dicitur in greco. Huiusmodi matrimonia Hieronymus imparia uocat.

Belial.

Christi ad Belial.) Graeci legunt Beliar, βαλιος, ob id, ni fallor, quod Graecis nullum nomen desinit in l Graeca scholia indicant Belial Hebraeis significare desertorem, hoc est, Iud Rodolphum Agricolam, decus & ornamentum nostrae Germaniae, in suo Lexico docet, Belial apud Hebraeos significare malum & iniquum, aut etiā noxiū demonē, quod satis quidat. Ni Christus omnia fecit, ut proficit, contra Belial, etiā cū iuuat, in hoc iuuat ut nocet.

Carrensis.

Sicut dixit deus.) Hoc testimonium diuus Thomas Aquinas, sumptum putat ex Leuitico di capite uicelmo sexto, ubi legimus ad hunc modum: Pona tabernaculum meū in medio castrorum, & non abiciet uos anima mea. Ambulabo inter uos, & ero uester deus, uosq; deris, si tamen uidit, refert ad Ezechielis caput tricesimum septimum, ubi legimus ad hunc modum: Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes, quia ego sanctificator Israël, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum. Atqui cum neutro horum locorum per omnia respondet citatio Paulina.

Testimonium idem ex pluribus locis conflatum.

Proinde sciat lector hoc testimonium non ex uno prolato loco, sed & pluribus conflatum, id quod & aliās factum ostendimus. Siquidem prima pars ē Leuitico de promissa uideatur. Deinde quae sequuntur, Quapropter exite de medio illorum &c. ex Eiaia decepta sunt, apud quem legis capite xxij. Recedite recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mudamini qui fertis uasa domini. Demū quod adiecit, Et ero uobis in patrem &c. sumptum uideri potest ex Hieremie capite xxxj. Quia factus sum Israël pater, & Ephraim primogenitus meus.

Et inambulabo inter eos.) Inter eos, non est Graecis, sed tamen conatus est exprimere uerbum ἐπιπροσπύσσω, quod significat in aliquo ambulare. Nam inambulare Latinis ubi hii aliud est aliquoties, quam ambulare, tamen melius erat in eis, quam inter eos. nisi putamus ubrobis, praepositionem in, politam pro inter. Ambrosius utraq; sumpsit ita legens Inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo.

EX CAPITE SEPTIMO.

Capite, capaces estote.



Capite nos.) χωρησατε ἑμῶν. Quia dixit ante angustiamini. Nec hic est capite pro intelligite, sed licuti uas aut locus aliquid capite. Ambrosius propemodū explicuit, qui legit, Capaces estote nostri, quem nos sequuti sumus.

Circumuenimus.) ἐπιλοιπησάμεν. Quod & alibi uerit ad eundem modū. Est autē fraudauimus. Ambrosius ita legit hoc loco, Nemini nocuimus, nemine grauauimus neminem circumuenimus, atq; ita exponit. Nocent pleudapostoli, cū sitis suorum corrupti, & grauant sacculos circumuentione serpentina astutiae Graeca sic habet, οὐδ' ἔνα ἠδ' ἑμῶν, οὐδ' ἔνα ἐπιλοιπησάμεν, οὐδ' ἔνα ἐπιλοιπησάμεν, id est, Nemine iniuria affecimus, neminem corrupimus, nemine fraudauimus, hoc est, nullius rem praeter uis occupauimus, & in nostrum uertimus cōmodum. O gloriam uere sacerdotalem, & utinam omnibus episcopis ad eundem modum uere licet et gloriari.

Cōmorientes.

Praediximus enim.) προείρησα ὑμῶν, id est, Praedixi enim, atq; ita legit Ambrosius. Ad cōmorientem & conuulendum.) ἐν τῷ ἐποδοναῶν καὶ σὺν ἡμῶν. Id erat apud ueteres amicitiae genus, ut amico forte extincto, amicus ultro sibi mortem conficeret. quod amicitiae genus significat Horatius sibi fuisse cum Mecenate. Vnde dicitur σὺν ποδοναῶν καὶ μορῆ. Non quod Paulus huiusmodi quippiam sentiat, quale legimus olim fuisse apud ethnicos, uerum hoc modo arctissimam amicitiam uoluit indicare.

Superabundo.

Gloriatio pro uobis.) ὑπερῶν ὑμῶν. Melius hic, de uobis, hoc est, nomine uestro Superabundo gaudio.) ὑπερπερισσούμεν. Quod est supra modum, aut uehementer abundo, seu potius, superfluo. Nec idem apud Latinos facit super, additum, quod apud Graecos ὑπερῶν sicut in compositione. Proinde diuersa ratione conueniebat epistolam explicare Latinis.

Sed omne tribulationem passus.) ὅμοια ἐν παρρησίᾳ ἀλλοτρίων, id est, Sed in omnibus afflicti, ut subaudiatur, eramus. Nam Hebraeis familiare est subaudire uerbum substantiuum.

Quae

Qua consolatus est in uobis.) Consolatus est, hic passus accipiendum est, ἵνα ἰσχυροῦσθε. Et si paeniteret.) ἵνα ἴσθαι ἡμεῖς ἠδύλα, id est, Etiam si paenitisset, aut deli paenitebat, ut accipias Paulum ante doluisse, quod eos affecisset merore, nunc autē gaudere, quod ex Ti cognouisset rem bene cessisse, & refertur ad superiora, non ad sequētia. Nam sequitur apud Graecos ἡλίκα ἡλίκα, id est, Video enim. Quamuis me non fugiat secus distingui ab Ambrosio, qui sic ordinat, Esti paeniteret, uideo &c. nec addit enim. In hoc certe congruit cum Graecis quod legit ἡλίκα non ἡλίκα. Verum siue legamus uideo, siue uideus, fateri cogimur unam sermonis particulam inabsolutam esse, nisi accipiamus iuxta primam lectionem quam indicauimus. Id incommodum hac ratione tolli poterat: Quamuis ea epistola uos ad tempus contristauit, nunc tamen gaudeo, non quod contristauerim uos, sed quod uideam contristatos ad penitentiam.

Secundum deū contristati.) τὸ ἴσθαι ἡμῶν ἡμῶν, id est, Quod secundum deum contristati fuistis. Stabilem.) ἡμῶν ἡμῶν, id est, Non penitentiam. Refertur autem ad penitentiam, non ad salutem, μετάνοιαν ἀμετάνοιαν, elegantissime coniunctis contrariis, quasi dicas, inpenitentiam penitentiam. Quamq; Ambrosius uidetur adieciuum ad salutem referre, nō ad penitentiam. Annotauit Laurentius, eidem uoci Latinae penitentia, duas respondere Graecas, μετάνοιαν & μετάνοιαν, quarum prior dicta est a sensu retractando, posterior a cura in melius mutanda. Et quemadmodum Cicero conuulsiu apud uocabulum iudicat Latinum, quam sit Graecorum ἀμετάνοιαν. Laetantius putat hic Graecos uos esse antiquiores, quam Latina sit, quod penitentia significat tristitiam cōmissi, illae mentis emendationem. Siquidem penitere, pigere est tederē q; q;. Proinde nihil agere, qui ex hoc loco triplicem inducat penitentiam unam, quae lit contritio, alteram, quae sit confessio, tertiam, quae sit satisfactio. In hac fere sententiam Valla nosser. Quamq; illi non proflus in hac assentior penitere a pena dictum, sed magis arbitror dictum a pone tenēdo, hoc est ab intelligendo post factum, unde & Graecis dicta est metancea. Atq; haec cū dicimus non tollimus, neq; contritionem, neq; confessionem, neq; satisfactioem, sed uim ostendimus Euangelice uocis. Nam ueram redipiscentiā illa tria comitantur, dolor, confessio, quae meo iudicio pari est satisfactioem, & satisfactio, quae male facta benefactis pensat.

Penitentia quid Graecis.

Triplex penitentia. Valla.

Seculi autem tristitia mortem operatur.) Ἄλλοι ἄλλοι uerit seculum, hic πόσος, id est, mundum. Ambrosius legit, Huius mundi. Sed defensionem, sed indignationem.) Ambrosius ita legit. Sed excusationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed uindictam. Graeca sic habent, ἀλλὰ ἡπολοῦν ἡμῶν ἀνασφάλτου, ἡδὲ τὸ φόβον, ἡδὲ τὴν ἐπιθυμίαν, ἡδὲ τὸν πόσον, ἡδὲ τὸν ἐπιθυμῶν, id est, Sed excusationem siue purgationem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed uindictam. Graeca scholia monent ἡδὲ, id est, sed, hoc loco poni pro ἡδὲ, id est, &c, cum potius usurpetur pro imō, siue insuper, mea quidem sententia. Auger enim ac ueluti corrigi, quod dixerat ἀνασφίλλου, sollicitudinem, imō plus aliquid, usq; ad uindictam turpis admissi. In hoc catalogo, pars una deest apud Ambrosium, cuius nec in commentario meminit. Non em meminit indignationis, quocumq; casu id esse factū libet coniectare. In omnibus exhibuistis uos.) ὁμοιοῦσθε, id est, Cōmendastis. Quamq; hic nō male quae drabat praestitit. Et in parri, quod etiā superius uerit, in omnibus, melius reddet p ubiq; Rursus illud, In negotio. Articulus Graecus additus, ἡδὲ ὑπερῶν, significat eum loqui non de quauis re, sed de certo quodam negotio, nimirum eo de quo scripserat in prior epistola, quandam habuisse rem cum uxore patris. In eo negotio ostenderunt se parros esse, electo & punito huiusmodi homine, cum ibi Paulus etiam non nihil illi impulerat. Et uos, inquit, inflati estis.

Legitur & scripti.) Scripsi, bis intelligendum est. Et si scripti, scripti. Quamquam apud Hebraeos non nisi semel ponitur. Esti scripti uobis, nō propter eum scripti &c. Vclut ibi, Esti idiomata. Non propter eum qui iniuriam fecit.) Ambrosius ita legit. Non propter eum qui iniuriam fecit, sed neq; propter eum qui inique tractatus est. Ad manifestandam, sollicitudinem nostram quam habemus pro uobis.) In eundē sensum

Ambrosius lectio.

